

DE COPIA RERVM.

dam orationē accōmodare. Quādoquidē cōtrā quoq; adhibentur uel per ironiā, uel per diſſimile, uel per cō=parationem. Per ironiā. Vt ſi quis hoīem nunq̄ ſui ſimi=lem Socratem adpellet, qui in omni uita ſemp eodē ui=ſus eſt uultu. Per diſſimile, Vt ſi dicas. C. Iuliū Cēſarem nullius unq̄ facti penituit. Hic nihil unq̄ decreuit, qđ nō mox reſciderit. Per cōparationē ſi dicas. Quā Cato ille, quem Cicero præfractum uocat à ſententia nō po=tuit abduci, tā hic non poteſt in cadē retineri ſententia. Porro finitima quæ ſunt, facili deflexu, ad uicina trahūtur. Quod genus Perſianū illud. Tecum habita. Nā & ſi proprie quadrat in eū qui maiora molitur, q̄ pro ſor=te ſua, tamen quia nō eſſe ſua ſorte cōtentum, cū incon=ſtantia cognationem habet, huc torqueri poterit, præ=ſertim cum Seneca ſcribat. Primū argumentū cōpoſitæ mentis exiſtimo poſſe cōſiſtere, & ſecū morari. Quin eadem ſimul & in laudem torqueri poſſunt. Vt ſi oium horarum hoīem, uerſatiliq; ac dextro ingenio laudes, ex incōſtantie penario ſumes Polypū, ad ſpeciem ſub=iecti Soli mutātem colorem. Sumes Euripū, ac negabis mare hoc eſſe tam uerſatile, quā huius ſit ingenii. Su=mes flāmam ſtare neſciam. Sumes cœlum ſubinde alia facie. Sumes arundinē utcūq; flauerint auræ, ſteſcentē ſeſe. Dices ſapientis eſſe p̄ re nata, pro tpe, pro loco mu=tare ſententiā, ac uitæ rationem. Stupida ſaxa, ac brutā tellurem unam nō moueri. Cæterum ex animāibus ut quodq; præſantiſſimū eſt, ita maxie mobile eſſe. In uni=uerſa natura, quo quicq; præclarius eſt, hoc à quiete lō=gius